

www.e-rara.ch

Sacerdotale Basiliense

Blarer von Wartensee, Jakob Christoph

Brunntruti, [1595]

Zentralbibliothek Solothurn

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-135190>

Ordo introducendi mulierem in ecclesiam post partum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Deinde accepto puro linteolo in aqua humectato, abluat Chrisma in vertice singulorum baptizatorum, & abluendo dicat: Profit tibi hæc Chrismatis ablutio ad salutem corporis & animæ, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen.

ORDO INTRODV CENDI MVLIEREM IN ECCLE- siam post partum.



E hoc ritu (quem Christiane gratitudo requirit) seruanda est cōstitutio Synodi Diocesane Telsbergensis, quæ in habendo Rescriptis Gregorij primi ad Augustinum Anglorum Episcopum, & Innocentij III. definiuit in hunc modum. Moneant Parochi puerperas, vt cum primum post puerperium domo exierint, mox ad Ecclesiam Deo actura gratias, accedant, vbi benedictionem à Parocho petant, accipiantq̃.

Quando mulier post partum ad Ecclesiā, vt moris est, purificanda accedit: Sacerdos indutus superpelliceo & stola, veniens ante Ecclesiam dicat:

Aufer Domine à famula tua cunctas iniquitates suas, vt ad sancta sanctorum, pura mereatur mentis introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sub finē
tituli 19.
de Bap-
tismo. di-
stin. 5. c. fi
mulier.
Extra de
puri. mul.
c. vnico.

Deinde legatur Psalmus.

Leuauit oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. **A**uxilium meum à Domino: qui fecit coelum & terram. **N**on det in commotionem pedem tuum: neq; dormitet, qui custodit te. **E**cce non dormitabit: neq; dormiet, qui custodit Israël. **D**ominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam. **P**er diem Sol nō vret te, neq; Luna per noctem. **D**ominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus. **D**ominus custodiat introitum tuū & exitum tuū, ex hoc nunc & vsque in sæculum. **G**loria Patri & Filio & Spiritui sancto. **S**icut erat in principio, &c.

Antiph. **N**e reminiscaris Domine delicta nostra vel parentum nostrorum, neq; vindictam sumas de peccatis nostris. **K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison. **P**ater noster, &c. **V.** Et ne nos inducas in tentationem. **R.** Sed libera nos à malo.

V. Saluam fac famulam tuam Domine.

R. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eam.

V. Nihil proficiat inimicus in ea.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Esto illi Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

. *Oremus.*

OMNIPOTENS sempiterne Deus, maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus, cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus: ita facias hanc famulam tuam purificata ibi mēte in templo præsentari. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Oremus.

OMNIPOTENS sempiterne Deus, Pater Domini nostri IESU Christi, qui vnigenitum tuum vnâ cum matre sua semper virgine MARIA, post quadraginta dierum spacium, in templo præsentari voluisti: bene: **†**dicere & sanctificare dignare hanc famulam tuam post partum suum, tibi Domino DEO nostro ad templum hoc purificandi gratia præsentatam: & concede propitius, vt sicut eam per nostrum officium ad templum istud terrenum introducimus; sic post finem vitæ præsentis, regni cœlestis mereatur introitum. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde aspergit eam aqua benedicta & porrecta stola ex collo dependente manui eius, inducit eam in Ecclesiam, dicens:

Domi-

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in sæculum. Amen.

¶ Si contigerit mulierem aduersa valetudine certo tempore a purificatione impediti, differatur purificatio donec utcumque resutata, in Ecclesiam ingredi possit; etiamsi mortis immineat periculum: quia purificatio extra Ecclesiam facienda non est, neq; substituenda alia mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Sacramenti huius collatio iure diuino ad Episcopum spectat. Parochi autem officium est, eos quorum curam habet, admonere, ut post baptismum ad hoc Sacramentum festinent, quò plenè Christiani inueniantur, & corda eorum ad illud robur dilatentur. Quod ut præstent, congruum fuerit, ut coram populo, quoties Sacramentum hoc alicubi collatum iri cognouerint, exhortationis sermonem habeat, quo huius Sacramenti gratiam commendat, & ceremonias externas explicet, iuxta formulam, sub finem libri appositam, vel in Catechismo Concilij Tridentini traditam.

Con-